



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis**

**Gilbertus <Tornacensis>**

**Coloniae, 1571**

**VD16 G 2034**

Cap. XXX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**



Ostendit  
quomo-  
do omni-  
bus parti-  
bus Ca-  
nonis re-  
spondeat  
figura  
veteris  
Testa-  
menti.

Heb. 9.

**H**Aec autem de Canone, qui  
latine regula dicitur, quia  
hunc regulariter passionis domini  
ca recordamur, breuiter expedita  
sunt, quia de eo plenius multi sancti  
& doctores Ecclesiae tractauerunt:  
tamen ut aliquid de figuris dica-  
mus, sicut in principio disposuimus  
in illa parte ubi dicitur; Te igitur,  
&c. significatur illud, quod Ponti-  
fex olim intrabat Sancta sanctorum  
cum sanguine: deinde sequitur, Im-  
primis, &c. usq; ibi, Communi-  
cantes, &c. in quo apparet illud,  
quod legalis Pontifex ingrediens  
Sancta sanctorum; & Christus an-  
te passionem orauit se glorificari,  
& discipulos cōseruari. Et sicut se-  
dens ad dexteram patris interpel-  
lat pro nobis, sic noster minister  
præsequens Aaron & Christum,  
pro tota supplicat Ecclesia: deinde

pro



TRACTAT. 93

*pro prelatiſ & ſubdiſ. Sequitur, Communicantes, uſq; ad hanc, Igitur, ubi repræſentatur quomodo legalis Pontifex thuribulum pleniſ viniſ carbonibuſ intra Sancta ſan-*

Exod. 37.

*ctorum ſecum portauit, habens nomina patrum ſcripta in rationali & ſuper humerali. Et Chriſtus thuribulum carniſ ſuæ plenum omni feruore charitatiſ, & munere gratiarum ſuper cœlum tulit nomina, etiam eorum qui ſunt eiſ mente & opere nouit. Unde & ibi nomina Sanctorum leguntur & exprimuntur. Sequitur, Hanc igitur, &c. uſq; Supplices, &c. ubi repræſentatur, quomodo legalis Pontifex orans fumo thimiamatiſ obumbrabatur & tegebatur: ſic Chriſtus dñi patrem interpellat pro nobiſ, occultatur, quia nulluſ intelligit quantũ apud patrem per præſentiam aſſumptæ carniſ à Chriſto nobiſ impetra-*

E 3 tur:



tur, aut certè ista tectio significat in  
cōprehensibilitatē, quæ est in hoc my  
sterio, cætera q̄ sequuntur ibi, Qui  
pridie, &c. sumuntur ex verbis  
Christi in Euāgelio. sequitur: Sup-  
plices te rogamus, usq; ibi, Prece-  
ptis, &c. Hic representatur illud,  
quod lex præcepit, quod Pōtifex le-

Leu. 16. galis sanguine aspergeret tabulā  
ne ppiciatoriū & altare exterius.

Christus enim toties aspergit sangui-  
ne patrē, quoties eū placat p̄ carnis  
assumptionē. Aspergit arā, dum mi-  
serū angelorū restaurat: aspergit  
etiam populū sanguine, dū nos patri  
recōciliat, dum etiā nominibus suis

Psal. 109 sanctorum nomina bis cōmemorat,  
sanctorum nomina in duplici veste  
portat. Sequitur: Oremus, Prece-  
ptis, &c. ubi representatur quomo-  
do Pōtifex legalis regressus ad po-

Leu. 11. pulū se lauabat, & immundus usq;  
ad vespērā erat: sic Christus ad Ec-  
clesi-



clesia redire dicitur cōpatiēdo & auxiliādo lauare vestes, sanctos mū dando, qui tamen vsq; ad finē mūdi nō erūt sine macula, & sine veniali aliquo, & hæc de officio Missæ sufficiant. CAP. XXXI.

SEquitur titulus ad clericum faciendum. In primis igitur interpretatur Clericus vocabulum suum. Cleros enim græcè, fors latinè. Propterea enim vocantur Clerici, quia sunt de sorte domini, vel quia dominus fors, id est, pars eorū est, secundū illud psal. Dominus pars hereditatis meæ, &c. Antiquitus enim Mathias sorte electus, & oēs, et os illis tēporibus ecclesiarū principes ordinabant, sorte eligebant. Quam autem modo Clerici sunt, portant tenuram: cuius mysteriū est, q̄a capilli in capite significant cogitationes in mēte. Unde Greg. in Moral. Caput tondere, est cogitationes superfluas

Descri-  
pto Mis-  
sæ sacri-  
ficio, e-  
iusq; ce-  
remo-  
nijs, nūc  
consc-  
quenter  
tractat de  
ordini-  
bus: &  
primo de  
Clericis  
faciēdis.  
Psal. 15.  
Act. 1.